



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm
Spiritvale Christianae Pietatis**

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Pars 1. Sacramenti huius dignitas, & fructus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

CAPVT V.

EXERCITIVM
EIVSDEM REGVLAE,
TERTIAE, DE AVGV-
stissimo Eucharistia
Sacramento.

PARS PRIMA.

De Augustissimi huius Sacramenti adm̄
rabilis, & stupenda dignitate; deq; il-
ius eximij fructibus.

INTER innumera diuini amoris in-
nos argumenta, vnum est vel ex maxi-
mis, sacramenti huius institutio. Sed
nec potuit Christus Dominus noster ma-
ioris honoris, utilitatis, ac iucunditatis o-
pus nobis in terris relisperere, quam in
hoc admirabili Sacramento reliquerit. Hic
habemus ad quem refugiamus in omni-
bus aduersis; cui loquamur, cum opus est,
facie ad faciem; Deum inquam; cui per
hoc Sacmentum coniungimur intimè,
& quasi concorporamur. Denique vita i-
psa, quē Christus est, nobis hoc Sacra-
mento porrigitur; ut propterea merito Panis
vitæ dicatur; de quo Christus Dominus:

Quā

Ioan. 6.

*Qui manducat hunc panem, vivet in eternum.
Ex quibus & illud colligitur, quod Sacra-
mentum istud infinitæ virtutis sit; ut potè
quod continet fontem gratiæ, & nobis
communicet omnem virtutem passionis
Christi I E S V , cuius est primum infinitū.
Atque eam ob rem tot, tanticue fructus
Eucharistiae à SS. Patribus traduntur, ut eo-
rum breuiarium duntaxat peragere fas
sit. Sunt autem hi.*

1. Remittit peccata præterita, quæ obli-
uione exciderunt.
2. Confirmat aduersum futura.
3. Debilitat vitiosos animi impetus,
4. Tentationes minuit.
5. Ad pietatis studium incitat.
6. Intelligentiam illuminat.
7. Accendit affectum.
8. Confirmat spem.
9. Debilitati nostræ firmitudinem ad-
dit.
10. Exhilarat conscientiam.
11. Participes nos facit meritorum Chri-
sti.
12. Dat pignus gloriæ.
13. Confirmat cor hominis.
14. Armat fortis, ut strenuè cum diabolo
decerent.
15. Alacrem facit ad probas actiones.
16. Mirè adiuuat res aduersas.

• 17. Por-

17. Poenas peccati minuit.
18. Et qui est primus & vltimus, ac omnino summus, nos Deo coniungit, vnit, incorporat, & deifer os facit.

Ex quibus appetet ipso Sole clarissimum, quam per omnem modum utilis sit & fructuosa Sacramenti huius frequentatio. Ut mirum non sit scriptum olim a beato Ignatio martyre, Apostolorum discipulo ad Ephesios: *Festinate frequenter ad Eucharistiam, & gloriam Dei accedere. Quando enim hoc ipsum assidue agitur, expelluntur potestates Satanae, qui aetate suos conuerit in sagittas ignitas ad peccatum.* Cuius sententiae in haec verba subscrribit beatus Ambrosius: *Si quotidianus Lib. 5. de se est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Graeci in Oriente facere consueuerunt?* Accipe quotidiem, quod quotidiem tibi profit: sic viue, ut merearis quotidiem accipere. Qui non meretur quotidiem accipere, non mereatur post annum accipere. Quid clarissimum ad communionem frequentis communionis, contra frigidos Christianos, dici potest?

Et sane fructus hos in se sentiunt qui scepè hoc Sacramentum, debita præparacione prætulit perfruuntur: ut omniam, quod ait S. Vincentius, evadendi purgatoriū unā esse ex præcipuis rationē, ut quis frequenter communicet.

PARS